BREVIARIUM SALISBURGENSE

Salzburg, um 1475

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8456
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

In ewangelio an Glorificamus te.
Oro Concede nos famulos
Inuitatorium In honore beatissi-
me marie virginis Jubilemus dno
ps Venite ymnus Aue maris
In primo nocturno an Exaltata es sancta
dei genitrix super choros angelorum
ad celestia regna ps Dne dns
an Paradysi porte per te nobis ap-
te sunt quas hodie gloriosa cum an-
gelis triumphas ps Celi enar.
an Benedicta tu in mulieribus
et benedictus fructus ventris tui
ps Dni est terra V Specie tua et pul
O dna prissima et virgo
misericordissima mater
dni mei ihu xpi. quas tibi
laudes fragilitas humani
generis persoluere potest que solo
tuo commercio recuperandi ad-
itum inuenit. Accipe ergo quas-
cumque exiles. quascumque meritis
tuis impares graciarum acci-
ones. et cum susceperis vota cul-
pas meas orando excusa.
quia nec potenciorem meri-
tis inuenimus ad placandam
iram iudicis quam te que meruis-
ti mater existere eiusdem rede-
ptoris et iudicis Tu R Vidi
speciosam sicut columbam descen-
dentem desuper riuos aquarum cuius
inestimabilis odor erat nimis in
vestimentis eius Et sicut dies ver-
ni circumdabant eam flores rosarum
et lilia conuallium V Que est ista
que ascendit per desertum sicut virgula
fumi ex aromatibus mirre et
thuris Et S Succurre ergo vir-
go benignissima miseris. iu-
ua pusillanimes. refoue fle-
biles. ora pro populo. interueni
pro clero. intercede pro deuoto
femineo sexu. senciant omnes
tuum leuamen quicumque celebrant
tuum nomen Sit tibi compassio
super afflictos. sit tibi pius affe-
ctus super celorum peregrinos. et
cum letancium semper aspicis. fle-
tus meos quesumus admitte. et
ad proprium filium tuum pro nobis in-
tercede Sit tibi cura assidue
orare pro populo dei que meruisti
benedicta preferre precium mundi
Tu R Sicut cedrus exaltata
sum in libano et sicut cypressus
in monte syon. quasi mirra ele-
cta dedi suauitatem odoris V Et
sicut cynamomum et balsamum aro-
matizans Dedi N Nos in hac
terra affligimur. persecuciones pati-
mur. in carcere detinemur
tu vero dna mea sancta maria
in celestibus regnis glorifica-